

Ego eam Berolini per Tubum 18 pedum observavi , aëre non fatis puro , & cum Satelles proxime ad marginem Jovis ex umbra exiret , emersionem tam exacte notare non potui , præsertim cum margo Jovis non purus , sed cincinnatus appareret.

Quia vero satellitem primo conspexi - 7. 40. 31.
illud mihi tempus est observaræ emersionis ; quamvis probabile sit , initium veræ emersionis jam paulo ante factum fuisse.

Differentia utriusque observationis est - 1. 5. 59.

Sed vera differentia meridianorum necessario aliquanto major esse debet , cum Dn. Delisle longiore tubo usus esset , & meliore tempestate , quam nos hic Berolini.

Anno 1728 duas emersiones primi Satellitis feliciter & accurate observavi , quas Dn. Delisle eodem tempore Petroburgi observavit.

III. Die 16 Februarii Petroburgi observata est Emerfio per Tubum 22 pedum Hor. 10. 59'. 26".

(à quelques Secondes prez)

Berolini eadem observata est per Tubum 16 pedum 9. 50. 42.

Itaque differentia meridianorum 1. 8. 44.

IV. Die 25 Februarii Petroburgi Emerfio per Tubum 22 pedum - 7. 24. 10.

Berolini emerfio per Tubum 18 pedum - 6. 16. 31.

Dat differentiam meridianorum 1. 7. 39.

Si ex omnibus quatuor observationibus eligere vellemus medium , esset differentia meridianor. 1. 7. 12.

Cum vero duæ priores observationes minus sint accuratæ , ex ultimis duabus observationibus , medium eligendo , differentia meridianorum inter Petroburgum & Berolinum eruitur

Sive neglectis Secundis - 1. 8. 12.

1. 8. -

Quia observationes immediatæ mihi non sufficere videntur ad stabiliendam differentiam meridianorum inter Petroburgum & Berolinum , cum differentia inter binas optimas observationes adhuc nimium discrepent , & altera sit h. 1. 8'. 44". altera vero h. 1. 7'. 39". alia via eandem differentiam indagavi.

V. An-